



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

[Tractatus de attributis, de visione beatifica, de scientia Dei ac de ejus  
voluntate et providentia]

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

Alivd Elogivm S. Thomæ Aqvinatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77132)



ALIVD ELOGIVM S. THOMÆ AQVINATIS.



THOMAS Angelus erat, antequam esset Doctor Angelicus:  
 Angelorum Discipulus, & pene amulus fuit:  
 Multa ab Angelis didicit, quoad Angelos docere potuit.  
 Aut Theologiam ad terras deduxit à cælo,  
 Aut scivit in via quod videretur in Patria.

Andavit Apostolus arcana verba, sed ille tacuit:  
 Quæ Paulo dicere non licuit, hæc Thomas dixit:  
 Myfteriorum compendium est Summa Thoma,  
 Colligit in ea quidquid doceri potest aut sciri:  
 Inclusit Hieronymos, Augustinos, Ambrosios, Gregorios:  
 Inclusit seipsum, major seipso & minor:  
 Epitomen fecit aliena sapientia, & Summam sua.  
 Didicit omnes qui Thomam intelligit,  
 Nec totum Thomam intelligit qui omnes didicit.  
 Augustinus aliquando obscurus, apud Thomam est clarus,  
 Vbi alij dubitant, Thomas non ambigit:  
 Vbi omnes desinant, inde incipit:  
 Inde progressus, eò ascendit quò nemo præverat.  
 Sequitur præ viam fidem, & eam ducit:  
 Speciam facit Theologiam fidei & Magistram,  
 Ostendit quidquid illa credit,  
 Neque aliud superest nisi lumen Gloriæ, post Summam Thomæ.  
 De Deo loquitur quasi vidisset:  
 De Angelis sic disputat quasi spiritus esset:  
 Ingenerat horrorem peccati dum ostendit:  
 Amabiles facit virtutes dum describit:  
 Incarnatum Verbum sic explicat quasi vox Verbi.  
 Siste aliquando, Thoma, pervenit ad summum Summatuas  
 Ire alterius non potest, nisi aliquid querat post omnia.

Benè scripsisti de me Thoma.

Probat scripturam hominis qui character est Patriæ:  
 Silete lingua, ubi Deus laudator;  
 Fallere non potest qui laudatur, dum qui laudat non fallitur.  
 Appellent homines Thomam Angelum Theologia,  
 Dicant Pontifices Summam tot miraculis constare, quot titulis:  
 Plus dicit una vox benè.  
 Christus est Verbum Patriæ, Thomas ad verbum Filij.

Quam ergo mercedem accipies?

Quam benè scripsisti, collige ex testimonio:  
 Quam benè vixerit, disce ex premio:  
 Vt facias meritum virtutis, datur optio præmij:  
 Quid eligat nisi Deum qui novit pretium Dei:  
 Nec potuit eligere majus, nec debuit minus:  
 Male scripsit si aliter elegisset.

Accinebat olim R. P. PETRUS LABBE,  
 Societatis Jesu.